

- num, ex auctoritate Scheichi *Schehāb-ed-dīni* Martyris, sed inchoatam tantum. 6) f. 99 v. — 195 v. Majus *Duā-nāmeh Abu's-Saūdi*, exempla precationum omnis generis exhibens, cum institutione de earum origine et usu, turc. — Cod. abs. A. H. 1086 (Chr. 1675—6).
- X** No. 290. Cod. turcico-arab. foll. 72, 8° min., char. nestha'liq scriptus: 1) f. 1 r. — 49 v. Institutiones partis etymologicae Grammaticae arabicae, ab initio mutilae, arabice. Liber perutilis. Script. abs. A. H. 1083 (Chr. 1672—3). 2) f. 50 r. — 52 r. Initium similium Institutionum, turcice. 3) f. 53 v. — 70 r. Institutiones ejusdem argumenti, sed breviores; arabice. Adjunctae sunt f. 71 v. et 72 r. aliquot animadversiones grammaticae, turc.
- X** — 291. Cod. turc. foll. 53, 8° mini, variis characteribus scriptus: 1) f. 1 r. — 9 v. Carmina turcica. 2) f. 10 r. Eadem tabella astrologica quae exstat Cod. 287, f. 88 v. 3) f. 10 v. — 50 v. Institutio de auguriis e Corani petendis, turc. (*Fal-nāmeh*). 4) f. 51 r. — 53 r. Versus turcici.
- X** — 292. Cod. mixtus foll. 239, 8° min., char. neschi scriptus et vocall. instr. Exciderunt nonnulla inter foll. 57—58 et 63—64. Insunt Sur. 6, 18, 36, 48, 55, 56, 67, 97, 102, 112, 113, 114, 1, et initium 2dae. Sequitur f. 85 r. — 88 v. precatio turcica; hinc precatioes arabicae a Muhammede commendatae, fere cum prolegomenis arabicis, turcicis et persicis, it. magica et talismatica.
- X** — 293. Cod. arab. membran. foll. 121, 8° min. quadr., char. mauritanico minuto et eleganti scriptus, vocalibus colore rubro, ceteris lectionis adminiculis caeruleo adjectis. Literae ipsae atramento scriptae palluerunt. Continet Corani capita duodeviginti priora, quorum lemmata nec non signa majorum sectionum auro picta sunt. Ad calcem literis aureis notatum est, hanc partem dimidiam Corani scriptam, vocalibus ceterisque signis anagnosticis instructam et auro expictam esse a Mu'hammed Ibn-'Abdallah Ibn-'Alī El-Mozenī (quamquam de hac voce legenda dubito), decade media mensis Scha'bāni A. H. 580 (Chr. 1184).
- X** No. 294. Cod. arabico-turc. foll. 117, quorum tamen multa vacant, 12°, char. neschi satis rudis scriptus et vocall. instructus ab homine vernaculo, Andrea Richtero Fribergensi. Vid. libri initium. F. 106 r. haec notavit: Liber ex quo haec sequentia descripsi, missus fuit ab Illustrissimo Electore Saxonico Johanni Zechendorf, qui mihi mutuo dedit et in quo describendo ego ejus fui amanensis. — Insunt precatioes arabicae quae magnam vim habere dicuntur, admixtis, ut fere fit, turcicis de earum origine et usu, rebus magicis, al.
- X** — 295. Cod. arabico-turc. foll. 318, 12°, char. neschi scriptus et partim vocall. instructus: 1) f. 1 r. — 7 v. Fabula de latrone quodam, per efficaciam mirabilis talismatis, quod ipsum in fine depictum est, contra omnia suppliciorum genera munito, turc. 2) f. 8 r. — 34 v. Sur. 1, 36, 48, 55, 67, 78, 102, 110, 111, 112, 113, 114, 1 (bis), et initium 2dae. 3) f. 34 v. — 38 v. Precatio turcica. 4) f. 38 v. — 318 r. Precationes arabicae cum turcicis, sigilla prophetica, aliaque magica et talismatica.
- X** — 296. Cod. arab. chart. orient. foll. 61, 12°, char. neschi minuto cum vocall. scriptus. Exciderunt aliqua inter fol. 21—22, 23—24, 25—26, 42—43. Continet Sur. 6, 36, 44, 48, 55, 56, 67, 78, 102, 110, 112, 113, 114. Sequuntur nonnulla turcica de quinque precibus diurnis, al., recentius adjecta char. nestha'liq.
- X** — 297. Cod. arabico-turc. foll. 94, 12°, char. neschi scr. et partim vocall. instructus. Precationem arabicam lectionibus Coranicis praemittendam sequuntur Sur. 67, 78, 97, 110, 111, 112, 114, 1, et initium 2dae. Scr. abs. A. H. 1083 (Chr. 1672—3). Adjectae sunt inde a f. 23 v. precatioes turcicae et arabicae, magica, al. Horum script. abs. A. H. 1095 (Chr. 1684).
- X** — 298. Cod. arabico-turc. foll. 228, 12°, char. neschi script. et vocall. instructus, continens

Mitteilung  
Seit 1975